

715  
a 1522 ad 1533 = 254 str. 201.

Petrus Tomicki, Joanni Choienski archi-  
diacono Cracoviensi secretario regio.

228  
Venerabilis domine frater in Christo charissime  
me. Meminisse vos existimo, quid antea ad  
vos in causa et negotio testamenti olim Ni-  
colai Salomonis scripserimus. Et cum dominus  
Andreas Salomonis nunc iterum in eodem  
ipso negotio redit ad maiestatem regiam, ro-  
gamus vos ut causam affinium eius, prout  
equum videbitur, isthic apud maiestatem su-  
am defendatis, et evitavini pro virili vestra,  
ut hec lis tandem per iustum maiestatis  
sue decretum dirimatur. Namque et ecclesia san-  
cte Mariae, cui ex hereditate dicti Nicolai Sa-  
lomonis quinque millia florenorum in mones-  
ta debentur, pro erigendis et fundandis in ea  
psalteriis, et soror sanctimonialis de cenobio  
sancte Agnetis, magnum ex eo dispendium pa-  
tiuntur, quod res hec tanto tempore maneat  
indevisa, nam illi interea nihil, quod suum  
est, repetere possunt. Facietis equidem et piuum  
et egregium facinus, si isthic opera et dili-  
gentia vestra ad finem aliquem hanc contro-  
versiam perduxeritis. Bene valete. Datum

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is written in a dark ink on aged, slightly yellowed paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be part of a list or a series of paragraphs. The handwriting is characteristic of the 17th or 18th century. The text is oriented vertically on the page, which is a common format for letters or documents in that era. The ink is somewhat faded in places, and the paper shows signs of wear and aging.